

C. IULII CAESARIS COM-
MENTARIORVM DE BELLO
Gallico liber primus.



GALLIA est omnis diuisa in partes ^{Galliae} ^{1. Cap.}
 tres, quarum unam incolunt Bel- ^{diuisio.}
 gae, ^{Lat. Celti} Aliam Aquitani, tertiã qui ipso-
 rum linguã ^{Lat. Celti} Celtæ, nostrã Galli ap-
 pellantur. Hi omnes linguã, institu-
 tis, legibus inter se differunt. Gallos
 ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis ^{Lat. Belgae} Matrõnã, ^{Lat. Sequana}
 Sequãna diuidit. Horum omnium fortissimi sunt ^{Lat. Belgae} Belgæ,
 propterea quòd à cultu, atq; humanitate ^{Lat. Belgae} provincie lon-
 gissime absunt, minimeq; ad eos mercatores sæpe com-
 meant, atq; ea, quæ ad effoeminandos animos pertinet,
 importat, proximiq; sunt Germanis, qui trans Rhenum
 incolunt, quibus cum continenter bellum gerunt. Qua
 de causã Heluetij quoq; reliquos Gallos ^{Lat. Heluetij} virtute præce-
 dunt, quòd ferè quotidianis prælijs cum Germanis con-
 tendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in
 eorum finibus bellũ gerunt. Eorum una pars, quam Gal-
 los obtinere dictum est, initium capit à flumine Rhoda-
 nò, contineturq; Garumnã flumine, Oceanò, finibus Bel-
 garum, attingit etiam à Sequãnis, & Heluetijs flumen
 Rhenũ. vergit ad septentriones. Belgæ ab extremis Gal-
 liae finibus oriuntur, pertinent ad inferiore partem flu-
 minis Rheni, spectant in septentriones, & orientem so-
 lem. Aquitania à Garumnã flumine ad Pyreneos mōtes, 7.